

exhibicionum ad generalem expeditionem debitarum, et hoc confirmauerunt personarum duodecim iuramento, vbi tamem cum veni die beati iacobi apostoli. in pratum iuxta villam swyninge, Dominis, byrgero pætersson, wplandiarum legifero, vlphone saxæ son, fynwido niclesson, militibus, berone preposito vpsalensi, elawo aduocato stocholmensi, et aliis quam plurimis fide dignis, armigeris, et rusticis ibi habitantibus circumquaque, tunc temporis presentibus, professi sunt ipsi rustici pro me, et eodem domino. b. legifero primo specialiter et postea publice coram omnibus, se nunquam iurasse, super illis prediis de aliqua veritate vt computarentur pro tribus marchis, vt premittitur, sed aliorum ab extinctu male volencium et inductu. Quo audito videlicet homines tali falso iuramento deuictos et secundum leges patrie publice reprobatos et redactos, secundum iudicium regium, predicto domino vpsalensi, astantibus tam fide dignis premissis personis testimonium veritati perhibentibus, pleno iure regio iudicauit sepedicta predia in tunum pro duodecim oris terre, sicut ab antiquo fuerant. saluo suo iure fore computanda, In cuius iudicii euidenciam firmiorem, sigillum meum presentibus est appensum Datum stocholmis anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> quinto die decollacionis beati iohannis baptiste.

*På fränsidan:* super Curia Tunum in aakri computatur pro 12 oris.  
Sigillet skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

2533.

1325 d. 9 Sept.

Höjentorp.

ANUND STURE säljer till Biskop Peter i Skara de gods i Bredvik, Torsby, Knettekärr och Högstorp, som han för gjorda tjenster fått af Hertiginnan Ingeborg, Hertig Eriks enka. (Jfr. N. 2287).

Registr. Eccl. Scarens. perg. fol. 3. v.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit. ANUNDUS dictus STWRÆ. Salutem in domino sempiternam. Cum propter caducam condicionis humane memoriam necessarium sit vt ea que prouide gesta sunt ab hominibus. scripturarum serie posteriorum noticiis imprimantur Noscant tam presentes quam futuri quod Anno domini MCCCXXV<sup>o</sup> Crastino Natiuitatis beate marie virginis. Høgnæthorp. in presencia serenissime domine. domine Ingeborgis dei gracia ducisse sueuorum illustris domini N [o: Eriki] quondam ducis relictæ predicta predia mea in bredawik. torisby. knettekeer. et høxstorp. que ipsa domina. ob meum seruicium mihi contulit et scotauit. Venerabili patri domino Petro diuina miseratione. episcopo Scarensi Cum agris pratis siluis pascuis. ac pertinenciis ceteris. intra sepes et extra. alonge uel deprope positis uendidi alienauit et secundum legalem patrie scotatorem. irreuocabiliter assignauit. iure perpetuo possidenda., transferens exnunc et in presenti. in dictum domi-

num scarenssem et singulos suos successores. omne jus proprietatis ppossessionis (!) ac dominij. quod mihi aut heredibus meis competierat uel competere videbatur jn prediis memoratis. committensque ei et singulis suis successoribus predictis. de ipsis prediis commutandi. vendendi alienandi. et modo quo voluerint ordinandi plenam et liberam potestatem. Jn quorum testimonium. et euidenciam plenioram. ad instanciam meam sigilla memorate domine mee. domine ducisse. ac honorabilium virorum. Domini gislonis. hie-linæson. et magni bendicxson. vnacum meo proprio presentibus sunt appensa, vt huius facti memoria. lapsu temporum a memoria non labatur Scriptum Anno die et loco supradictis.

2534.

1325 d. 29 Oct.

BIRGER MAGNUSSON qvitterar 100 mark penningar, som Lagmannen i Södermanland Lars Ulfsson af innevarande års halfmarkegäld betalt å Drotset Knut Jonssons vägnar.

L. Sparres saml. afskr. i K. Riks-Arch. Sign. J. 6. f. 267. v.

Omnibus presentes litteras inspecturis, BIRGERUS MAGNUSSON salutem in Domino. Tenore presentis recognosco me a genero meo dilecto, Domino Laurencio Vlfsson Sudermannie legifero, centum marchas denariorum de pecunia dimidie marche sub Anno instanti, racione debiti, per Dominum Kanutum Jonsson, Jllustris Regis Svecie et Norvegie Dapiferum mihi soluendi, integre recepisse. Jn cuius rei testimonium, sigillum meum presentibus est appensum. Scriptum Anno Domini, M. CCC. XX. V. in crastino beatorum apostolorum Simonis et Jude.

Sigillet är afritadt under afskriften. (Skölden delad i längden; till höger ett upprättstående lejon, till venster en half lilja).

2535.

1325 d. 29 Oct.

JON HOLMGERSSON qvitterar 30 mark penningar, som Lagman Lars Ulfsson af samma medel å Drotsets vägnar betalt.

L. Sparres Saml. afskr. i Riks-Arch. Sign. J. 6. fol. 312.

Omnibus presens scriptum cernentibus, JON HOLMGERSSON, salutem in Domino. Tenore presentis recognosco me, a nobili milite Domino Laurencio Vlfsson, Sudermannie legifero triginta marchas denariorum, de pecunia dimidie marche, sub Anno instanti exhibite racione debiti per Dominum Dapiferum mihi soluendi integre recepisse. Jn cuius testimonium sigillum meum